

Ἄμ' τῶ θεῶ ἢ βοήθειᾶ καὶ πάσῃ  
ἀληθινῇ γνώσει.

# DISCURSUS CHOROGRAPHICUS DE TERRIS HYPERBOREIS seu polo arctico vicinis,

*Quem,*

EX C. JULII SOLINI POLYHIST. CAP. XXI.  
verbis : *Fabula erat de Hyperboreis, & rumor ir-  
ritus, si, qua illinc ad nos usque fluxerunt, temerè forens  
credita : sed cum probatissimi auctores, & satis v.  
idonei sententias pares faciant, nullus falsum  
reformidet.* &c. occasione datâ,

Sub Moderamine

*Reverendissimi Amplissimi Viri,*

DN. CAROLI ΕΞΕΤΗΜΑΝ,  
S. S.<sup>te</sup> Theol. Doctoris celeberrimi, inclytæ Dico-  
ceseôs Stregneſis Episcopi meritissimi, Gymnasij ac  
Consistorij Præſulis gravissimi, in Christo Patris,  
Mecœnatis ac Patroni, omni Observantiæ  
ac obsequij genere atatem prosequendi,

*Nec non*

Venerandi Consistorij approbatione,  
*In florente Gymnasio Stregneſiano, die 26. Maij Anni  
1680, a quo Bonorum Examine ventilandum obtulit*

JONAS Grimsteen/

*Respondente*

ANDRĒA BOLINO.

---

Prælo Stregneſij, nitidi sub sydere Templi,  
Aspius hæc faulstâ tradidit arte typis,

VIRIS

*Amplissimo Prudentissimoque*

DN. PETRO VVREMAN  
Civitatis Arbogiensis Consuli accuratissimo,  
Fautori, Promotori & Patrono suo propensissimo,

*Reverendis, Doctissimis atq; Eximiis*

DN. LEONHARDO GADD, Ec-  
clesiarum Axebergensis & Hoofstadiensis Pa-  
stori Vigilantissimo, Fautori & *Euzym* suo devene-  
rando.

DN. OLAO J. HIDINGIO, Ec-  
clesiarum earundem Comministro Fidelissimo,  
Patri suo omni filialis Obsequio ætatem colen-  
dissimo,

*Spectatissimo & Solertissimo*

DN. SAMUELI JONSON officinæ Ferra-  
riæ, quæ Axebergz Hammar vulgo nomina-  
tur, Rationario perindustrio, Benefactori suo  
quovis honoris cultu prosequendo

*Disputationem hanc Chorographicam in grati Animi  
sefferam, sub miscè & officiosè offert & dedicat.*

Andreas L. Bolinus Resp.

## PROOEMIUM.

**M**agnis in delicijs Vetustati studium geographicum fuisse nemini mirum videri potest, qui vel levi saltem pensatione Obiecti ejus nobilitatem & præstantiam intuetur. Eam quippe mundi machinam, quam prudentissima rerum dispensatrix natura propius ad hominum conspectum accedere, & viventibus habitaculum præbere, jussit, rationi eorum, quorum desiderio pulchrior rerum naturalium cognitio ambitur, contemplandam ac considerandam substernit. Quoque in abditiores recessus amota mundi sunt corpora, eò difficilior eorum, eorumque accidentium cognitio est, ut sæpè sudore quæsitâ scientiâ, aut difficulter per longè petitas hypotheses obtineatur, aut planè mentem non sine ægritudine fugiat. Geographia verò, cum suis affeclis Chorographiâ ac Topographiâ, quamvis suis, ex dolendâ mentis humanæ depravatione enatis, difficultatibus non careat, ea tamen sistit, quæ industria humana dudum quodammodò oculis indagantium subiecit, vel, si mundus duraverit, subijcere potest. Et præterea qui, hoc studiorum genere planè neglecto, sese in alia unice demerserit, ei sanè mihi videtur similis, qui propriam domum deserit alienæ curâ tactus, & qui peregrinus in patriâ rerum exoticarum volupe detinetur. Hoc Ego commotus argumento, perbrevenem impræsentiarum Terrarum hyperborearum seu polo arctico vicinarum Chorographicam delineationem, pro Ingenij modulo in quantum brevitatis ferre potest, non singula sed quæ minùs à Veteribus accuratè sunt tractata perlustrando, placidis disceptationis vicibus offerre autumo. Et quidem hanc juxta Methodum, ut dicatur: Quanta terreni Globi pars hyperborea dici meretur: Quæ locorum nomina & aptitudo nec non incolarum mores: Quod Terræ illæ sint habitabiles: Quidquè illis peculiare accidit. Et fit

*Thesis* I.

**R**isci Ævi homines, quos visendi descri-  
 bendique terrarum orbis gloria tetigit, etsi multum in  
 terris suppolariibus detegendis sudarunt, tamen cum ipsi  
 nec eas visitare, nec sufficientem Exploratorum opem  
 habere possent, per devias ( quæ ut plurimum historio-  
 graphis & Geographis errorum generices sunt fœcun-  
 dissimæ ) relationes in discrepantes abire sententias coacti sunt. Alij  
 n. relictis ultimis scandiæ Riphæorumque montium finibus, reliquum  
 septentrionis tractum, aut incognitum aut mare perpetuum esse puta-  
 runt; ut Æthicus Cosm. pag. mihi 503. Alij terras, si quæ essent, sup-  
 polares omni habitationi frigore exemptas crediderunt; ut videtur vo-  
 luisse Proclus hisce verbis: *Ἡ τῆς συμπάσης ἐπιφανεία σφαιροειδὴς  
 ὑπάρχουσα, διαίρειται εἰς ζώνας πέντε. ὧν δύο μὲν αἰ πόδι τὰς  
 πόλεις. Πόρρωτά τε δὲ κείμεναι τῆς τῆς ἡλίου παρόδου, κατεψυγα-  
 μέναι λέγονται, καὶ ἀσέκητοι διὰ τὸ ψυχρὸν εἶσιν. ἀφορίζου-  
 ῖς ἑκάστων ἀρκητικῶν πρὸς τὰς πόλεις.* Alij Zonæ temperatæ pro-  
 pria Zonæ frigida, quæ cum omnino respuere facilis probat ratio, tri-  
 buerunt: ut Solinus & Mela, gentem suppolarem clementi auræ spi-  
 raculo naturæque benignitate ( alij tñ, ob frigoris injuriam inhabitabi-  
 lem ) omnium beatissimam esse dicentes. Sed has dissipatas in orbem  
 opiniones non sinè magno itinerum molestiarumque ausu castigavit mo-  
 derator posteritas; felicibus scilicet navigijs illa loca primum visitan-  
 do, docendoque postea omnem illum tractum, qui inter circulum  
 polarem & ipsum polum, seu à 66½ per 23½ gradus ad axem mundi se-  
 ptentrionalem concipitur, terras hyperboreas & includere & à temperatis  
 circulo polari determinare, suisque peculiaribus adjunctis & proprie-  
 tatibus ab reliquis mundi plagis ( exceptis locis antarctico polo vicini-  
 ribus ac huic terræ correspondentibus, ) discrepare, ac non saltem ipsam  
 eam terram, quæ Æuropæ & Asiæ continenti adhærens veteribus nota  
 fuit, sed istmos terræ borealioris ac pronontoria multa seculis propin-  
 quis detecta continere. Et præterea ipsa vox hyperborea, dilatior-  
 em sui acceptionem, quam ad circulum polarem, non videtur pati  
 posse, cum propiora austro loca, suam aliundè *παρανομίαν* desiderare  
 videantur. Sed jam ad ipsam descriptionem pergamus.

## *Thesis II.*

**C**Oncesso jam ejus tractus termino circulo polari undique æquè polum ambiente, primò quantà ejus pars sit continens, quantaque aquis perfusa, nec non quantà in Diametro & Ambitu magnitudinè polleat videamus. HONDIUS, MAGINUS, ALIIQUE in mappis efformandis diligentissimè occupati, majus aquis quam continenti circa polum spacium reliquerunt; & ut distinctè sinuum accessus recessusque discernerentur, adæquatis parallelis ac lineis, omnia earum aquarum navigantibus imminèntia litora, accuratè notarunt. Mare, quod à S. Thoma Groenlandiæ versùs Orientem in immensum deducitur, Hyperboreum dicitur, secluditque ab australi latere ultima Lapponiæ & Novam Zemblam, cæteraque universalis continentis ibi locorum litora, à boreali Neulandiam ac Spitzbergiam, quas terræ continenti merè Suppolari conglutinatas esse nonnulli credunt, & alia promontoria: de quorum omnium præcipuis ac notioribus mox in sequentibus agetur. Ipsa Diameter, cum in hoc distractu concipiatur incurvata, non directè mensurat peripheriam circulum polarem, tamèn cum sit meridiani, communis universi quà latitudinem mensuris, arcus, benè sibi subiectum spacium metitur. Et quidem ita: Ab uno circuli istius puncto ad alterum in meridiano numerantur 47 gradus, quorum unus quindecim in terræ superficie milliariibus respondet, adeoque 705 Mill. Germ. efficiunt. Hic quoque circulus, sicut omnis in spherà alius, in 360. gradus dividitur, sed ut unus 6. saltem terræ millia efficiat, undè tota perimèter seu ambitus 2160 Mill. Germ. constat. Diamèter ejus recta itaque eo respectu, qui est inter 22. & 7. per auream Arithmetices regulam, 687 1/2 Mill. germanicorum esse deprehenditur.

## *Thesis III.*

**I**Ntra circulum polarem, magna Hyperborei mundi pars Æuropæ adnexa est, cujus occidentalius latus, occano Septentrionali vicinum & altissimis montibus refertum, Norvegiæ ultimus terminus audit. Flumina ejus loci insigniora, Steech & Ostraford. Hanc versùs Orientem terram excipit magnus tractus, à parall. 36 longitudinis intra 66 usque mare album excurrrens, cujus

In grēnio austruāi Lulaēnsis, Tornensis & Kiemiensis Lapmarchia; in boreali Finmarchia & VVardhusia; ac in Orientali Trinnes olim Biarmia dicta sita sunt. Flumina in sinum Boddicum seu Botnicum incurrentia sunt; Lula, Calis, Torne, quæ ambo posteriora ex Torne-trešk Originem trahunt, & Ænnisfocki ad maris Botnici ripam Kiemisfocki dictum. Hyperborei Oceani faucibus multa excipiuntur Flumina, quorum nomina, etsi dentur, mappis non deteguntur. Hæc notiora sunt: Posanger, Utzioccki ad Nord Caep, Evila & Enara, quæ Enarack-trešk freto magno mari Hyperboreo ad junctum ingrediuntur. Kola, qui in principio divisus Luthiocki & Hirvioccki dicitur, Istmis, Insulis, peninsulis & promontorijs undique tument litora. Quorum celebriora: Nord Caep Isthmus, Maggaroe, Ladda, Rutsœ, Mecfort, Tromfort, Sattaroe, Samien & Vestrel Insulæ. Circulis long. gradualibus 66 & 71 Includitur fretum maris Albi viginti Mill. Germ. latum, cujus unda orientalis terram Caranen seu Tazaum montibus altis sublimem & ab omni parte aquis cinctam alluit. Hinc ripæ arctiores ad inelytum fluvium Obium sequuntur, in quibus Condora, Obdora & Pecora, Pecoræ fluvio adnexa, famosiora sunt loca. Obius fluvius insignis est exque Kithai lacu in Tartariâ natus, Hyperboreum mare circa Novam Zemblam ingreditur. Inter hunc & Oceanum Schyticum Molgomzaja est & Bargu (ubi Tenduc), duobus Fluminibus Geneseyr ac Pysedâ altissimique montis Emantis seu hyperborei termino claræ; ijsque fluminibus, illa ad Occidentem, hæc ad Orientem, distinctæ regiones sunt; relictis ad austrum montibus Riphæis ac Hyperboreis, & ad septentrionem Novâ Zemblâ terrâ inflexis lateribus ovalem figuram referente.

#### *Thesis IV.*

**U**Ltimis America Septentrionalis finibus, circa Long. parallelos 300. 310. & 320. propè & intra polarem circum, imminet Insula, cujus australior extremitas longius divagatur, VVolsingam seu Clara Elefabet dicta, Citra fretum Davis sub parallelis long. 330. 340. & 350. Groenlandia Occidentalis, ac à parall 350. 360. 10. ad 20. Groenlandia Orientalis habetur, Cujus flumina sunt; Nier, Han, Fiske, Feder, Diver, Lande, Nas, Boier, Thor &c. Nord Caep è regione ad septentrionem opposita est Neu-landia & ingentis altitudinis montes, sub parallelo Latit. 80.

**Episbergen** / vel ab altitudine vel egredientē in mare cuspato promontorio, ita dicti. Hiscē Orientaliores, Marsijn nomine, sub parallelo Long. 70. Lat. 80. rupibus dissipatiōes conspiciuntur. Hi an suppolari alicui terræ continenti adnexi sint, vel an ultra hos sit terra vel mare, cum in remotiorem borei mundi plagam non facta sit navigatio, nulla adhuc detegere potuit curiositas; teste Atlantē Minore: *Constat autem naves nostras ad gradum usque 81. protractas, & etiamnum mare apertum invenisse: post v. ad grad. 76. glaciē crustis ingentibus ac nocte ingruente impeditas fuisse, ne ulterius progredi possent.* Terram tantē hiscē scopulis Septentrionaliorem esse facile creditū est, cum rarō ita scopulos & promontoria à continente naturam amovisse, ut multorum miliarium aquarum capedo intersit: hosque propter vastam distantiam ultimis VVardhufinis terris non adnumerari posse, non minū recta ratio svadeat quam experientia testetur.

### *Thesis V.*

**H**yperboreas Terras, quas brevibus huc usq; indigitavi verbis, & quæ Mathematicis Zonam frigidam constituunt, incultas ac inhabitabiles esse credit antiquitas, ut eorum demonstrant sententiæ. Frischlinus ex Plinij Lib. 2. c. 68. *In qua perpetua caligo & alieno molliorum Syderum aspectu maligna, ac pruina saltem albicans lux est.* Lucanus Lib. 4.

*Sic mundi pars ima jacet, quam Zona nivalis  
 Perpetuaque premunt hyemes, non sidera celo  
 Ulla videt, sterili non quicquam frigore gignit,  
 Sed glaciē medios signorum temperat ignes.*

Ovidius L. 1. Metamorph.

*Quorum quæ media est non est habitabilis æstu.  
 Nix tegit alta duas, totidem inter utramq; locavit,  
 Temperiemque dedit, mista cum frigore flamma.*

Virgi-

## Virgilius L. i. Georg.

### *Carule à glacie concreta, atq; imbribus atris.*

Cicero in Somnio Scipionis: Duo (Cinguli sc. seu duæ Zonæ temperatæ) habitabiles, quorum australis ille, &c. His etiam ad stipulatur Biebelius, ubi in Astronomiæ suæ Lib. 2. querit: *quare dicuntur frigida ac inhabitabiles?* & respondet: *quia perpetuo frigore infestanter & caligine horrent, propter remotiorem à sole, maxime autem in locis polis vicinioribus.* Horum sententiæ perplurimi, facile doctissimi viri, argumento solum ex impossibilitate naturæ deprompto innixi, subscripserunt, quorum hic facere mentionem non fert præsens conditio. Sed lubricam mortalium scientiam sæpe eludit divina potentia: illa n. exiguis inclusa cancellis vix ea, quæ scit, scire potest, & perpetuo caliginosâque in multis dubitatione commiscetur: Hæc non nisi immensa ac summè admiranda ubique relinquit vestigia. Terram otiosam & cultibus vacuum fore non videtur Deus intendisse, cum eam primò condiderit, ac quemvis ejus locum insignibus dotibus ac nativâ vi exornatum hominibus habitandum tradiderit. Animalia quippe fera ut ratione carent, ita nec illis talia ~~negat~~, sed homini consecrata sunt. Si n. natura non majori curâ & industriâ (inquit Johannes Mag. Chron. Proëm. cap. IV.) in animalibus, hominibusque propagandis conservandisque usa esset, quàm in naturâ eorum indagandâ nonnulli Philosophi, dudum mundus corruisset. Quâ etiam ~~in~~ *in* ~~terris~~ *terris* polares habitabiles esse concludit. Huc facit perelegans Johannis De Sacro Bosco judicium Astr. Cap. 8. expressum: *Quod de divisione Terræ in partes habitabiles & inhabitabiles ab antiquis traditum fuit, sive Poëtarum fuerit figmentum, sive seria persuasio, jam dudum deprehensum est falsum.* *Experientiâ n. compertum est, sub ipso aquatore & propè polos, saltem propè polum arcticum, homines reperiri. Natura n. qua calore & frigore regiones distinxit, ad locorum quoque patientiam homines, atque animantia generavit.*

*Theſis*



## *Thesis VI.*

**H**Æc de harum terrarum situ, nominibus & naturali aptitudine dicta sunt; de earundem habitatoribus ut paucis dicatur, restat. Intra circulum polarem Nord Caep versus nobis proximi sunt Lappones, Kiemienses, Tornenses & Lualenses, quorum occidentaliore Pauci Danico, reliqui omnes Svevico, imperio subsunt. Gens moribus, victu ac amictu summè admirabilis; exque Parocciâ Lappoënsi in Finlandiâ primam originem nomenque traxisse à nonnullis credita. Sed id quàm verum sit, Historicis videndum puto esse, ac hic loci de eâ, cum omnia de illâ scitu digna ex b. m. Clariss. Schefferi Laponiâ optimè innotescere possint, parcè agam. Ad hyperborei maris ripas, ultra Lappones, suas habent sedes Scricfinni vel Finni: unde & eorum Regio dicta est Scricfinnia & Finmarchia, ac VVardhusij, quos ab orientali latere sequuntur Dickiloppi, i. e. feri Lappones, Muschoyitarum Regi veditigalia pendentes. Hi omnes antedicti suo proprio utuntur Idiomate, quod alijs gentibus non facile est perceptu, ejus tamen qui gnari sunt, magnam cum Fennonicâ lingvâ communionem habere testantur. Quodque multæ apud eos nominum propriorum terminationes indicant: ut Kolaiervi: Koli, Odo / Jervi, Trist / fennonicè, Paiervi: Paha Dnd / Jervi, Trist / sic ad Nord Caep: VVaiervi, i. e. Nytrist / Luthoiocki, i. e. Quastää / & infinitæ aliz. Staturam parvi sunt, & quæ mores feri incultique, loco adium vehicula pellibus rangiferinis tecta circumferentes. Et quod maxime dolendum est, à bestijs non nisi exiguis gradibus discrepant; cum illos nullus cultus subtilior, nulla Disciplinarum scientiarumque cognitio, nulla artium cultura, nullus denique honestæ conversationis modus, vexet, & creati (exceptis illis, qui Augustiss. Reginae Christianæ Regiminis tempore ex infelicissimis impietatis tenebris in lucem veritatis reduci sunt) Creatorem non agnoscunt. De quâ re suprâ dictus b. m. Clariss. Schefferus consulendus est.

## *Thesis VII.*

**R**eliqua maris litora, Condoram, Obdoram & Pecoram usque ad Obium inhabitant, Permiij, VVogolij / Samicddi, Ugrei, quorum Principes Igorski dicuntur. Hi

tamen convenientius à locis ; Condorij, Obdorij & Pecorij dicendi esse videntur ; cum propius ad austrum recedentes reliquis nominibus gaudeant. Hæc gens Muschovitico populo annumerata ac subiecta, quanto à solio Regni remotior, tanto moribus disciplinisque incultior esse perhibetur. Densissima nemora lucisque tenebrosi domus sunt & habitacula. Cibo, quem omnes ferè bestię mitiores fugiunt & averfantur, carnè humanâ ac alijs insolitis naturæque humanæ detestandis ferculis vescuntur, ut de illis D. D. Gezelius, Kexlerus & alij in suis Geographijs prodiderunt. Nec sibi invicem parcunt ; sed raptus, ne fugiat, Raptoris gutturi ac faucibus aliquando incarceratur. Numen esse eolendum (Teste Cicerone L. 1. de Legib.) cum mortalium cordibus implantaverit ipsa natura, sic nec hæc esse potens Deum non verum ; cuius agnitionem verumque cultum universa terra nitore omni, omnique vi inquireret, foveret, servaret, sed fictitium ex orco erutum : ligneam spurcam, manus pedesque mancam, miseram ac execrabilem aniculam, auro obductam sedilique insidentem, svecicè *Gulstatingen* eorum lingua Solotam Babam, colunt ac venerantur. Adeo occæcæ sunt multorum mortalium mentes !

### *Thesis VIII.*

**M**Olgomzaia & Bargu, quas diximus inter Obium fluvium & mare Tartaricum jacere, inhabitatores hyperboreos quondam adpellavit Mela hisce verbis : *In Asiatico litore primi hyperborei super Aquilonem Riphæosq; montes sub ipso syderum cardine jacent. Eos eorumque mores in hunc modum Polyhistor: Altera in Asia gens est ad initium Orientis æstivi, ubi deficiant Riphæorum montium juga, hyperboreis similis (quos) Arimphæos dicunt, & isti arborum frondibus gaudent : baccas edunt : juxta viros ac fœminas cadet crinium ; itaque uterque sexus comas tondet. Amant quietem, non amant ledere. Sacri habentur, atrectarique eos etiam à ferocissimis nationibus, nefas ducitur. Quicumque periculum à suis metuit, si ad Arimphæos transfugerit, tutus est, velut Asilo regatur. De his cæterisque hyperboreis nationibus à scriptoribus multa eaque*

mira & diversa jaſtantur: præſertim quod vivacitate alias in mun-  
do gentes ſuperent & ſeniuni annorum multitudine reſertum, veluti  
vitæ tædio, ſpontaneâ morte caſigent, ut Teſtantur, Mela:  
*Abieos ſatietas magiſque tedium vivendi cepit, hilares redimiti  
ſertis ſemetiſos in pelagus ex certâ rupe præcipites dant.* Solinus:  
*Quos ſatietas tenet vita, Epulati delibutique à quâdam rupe præ-  
cipitem caſum in maria deſtinant.* Hoc ſepultura genus opti-  
mum arbitrantur. Et Clemens *γραμ. L. I. Τῆς δὲ ἱπτε-  
ροῦτος Ἐθνητικῆς ὑπὲρ τῆς Πίπαια ὄρη οὐκ ἔν ἰσορῶι. Διδάσκου-  
ται δὲ αὐτῶς δικαιοσύνην, μὴ κρεοφαγῶντας, ἀλλ' ἀκροδρυοῖς  
χρωμένους. Τῶς ἐξηκουστικῆς ἔτι ἔχω πολλῶν ἀγνῶτες ἀφωλιζου-  
τας.* Hos eas nationes mores quondam habuiſſe facile concedi poteſt, at-  
tamen mutatis ſeculis ſubinde quoque mores mutatos eſſe haud incon-  
veniens eſt. Quippe Atlas in Tenduc, quæ eſt conſinia Bargu, ve-  
rum ex parte chriſtianiſmum horo tempore exiſtere adfirmat; adeo-  
que alias vivendi conſuetudines, etiam deſeciſſe nemo inſicias ibit:  
ſed ad reliquas oſtendendas terras pergamus.

### *Theſis IX.*

**A**mericæ pars circulo polari incluſa naviganti-  
bus ſe ſaltem exiſtere manifeſtavit, reliqua celans. Califor-  
mia ejus ad occiduum latus Regio ſolâ famâ Hiſpaniſ nota eſt.  
Sic freto Davis viciniora loca, Bedford, C. VVolfſingam, C. Eliſabeth,  
aut nullos, aut paucos eoſque ignotos habet incolâs. Hinc ſequitur  
Groenlandia nomen à floribus & viriditate conſecuta, Regique Daniæ  
cedens. Cuius commoditates Atlas ita depingit: *Inſignis n. hic  
graminis & pabuli proventus. Mira item pecorum & lacta-  
riorum copia, ob illam pabui inſignem ubertatem: adeo ut ſtrues  
quaſdam ingentes butyri & caſei componant, quas eò naviganti-  
bus venales exponant. Duæ autem habitationes in Groenlandiâ  
nobis nota ſunt, Alba & S.<sup>ti</sup> Thoma Cænobium, de quo mox  
dicemus. Groenlandiam lambit mare pigrum, quod & glaciale  
& concretum dicitur. Eſt in Groenlandiâ Monafterium Ordinis  
Prædicatorij. & non procul ab eo mons, Aetna inſtar, ignivomus,*

ad cujus radices aquarum perennium font, cujus cadentibus  
 aquis non solum omnia illius Monasterij habitacula hypocausti in-  
 star calefiunt: sed etiam panis & cibi nullo alio adhibito igni ex-  
 coquantur. Tota hujus Manasterij fabrica ex topbis constat  
 quos idem mons medias inter flammis evibrat. Idem montes  
 hortos vicinos tepesciunt ita, ut vario florum herbarumque ge-  
 nere perpetuo rideant. Proximus etiam maris tractus harum  
 aquarum benignitate nunquam congelatur, sed piscibus homini-  
 busque perpetuo patet. Inde hic tantus aquatilium pisciumque  
 ex frigidioribus locis concursus, ut non solum hi Manachi, sed  
 circumvicini etiam accolæ solum unde vivant, habeant. Hæc  
 eadem Maginus & cum illo alij de hac gente prodiderunt, sed ejus  
 habitationis cunabula & primus in hanc terram ingressus, non autho-  
 rum, qui mihi in manus venerunt, scriptis deteguntur: illam ta-  
 men ea loca diu incoluisse facile creditu faciunt perverustæ historiæ  
 Runicæ, Svecicæ Schalder dictæ, quæ sparsim à Saxone, de Regum  
 Danicorum in loca tenebrosa profectioibus, observatæ in ejus Histo-  
 riographiâ occurrunt. Sed cum hæc non nostrum subeat propositum,  
 de eo itaque agant Historici, Islandia, Olim Runis **IMBRAT** Isa-  
 brot dicta, multorum scriptis evecta eam partem, quæ ad polum ver-  
 git, minus nobilem relinquit. australior enim, præter alia, Meitæis  
 catellis & Heclâ inclaruit. Hanc ante natum Christum inhabitatam  
 esse, Procopio Teste evincitur. & bellorum gloriâ literarumque cul-  
 turâ Runicarum floruisse, Egilli Scallagrini Islandici Militis (qui tem-  
 pore Erici Bloddy Regis Norvægiæ, à nato Christo non adeo longè  
 vixit) **IMBRAT** Strophæ declarat. Quæ talis est, vertente Vvormio:

**IMBRAT**  
**IMBRAT**  
**IMBRAT**  
**IMBRAT**  
**IMBRAT**  
**IMBRAT**  
**IMBRAT**  
**IMBRAT**  
**IMBRAT**  
**IMBRAT**

Ex occidente veni per  
 Ast ego Othini fero (navim)  
 Memorialis regionis mare  
 Ita est mea transfretatio  
 Deduxi ego Quercam in mare  
 Apud Islandiam  
 Oneravi poematis portione  
 &c. Memorialis navis puppim &c.  
 Reli-

Reliquis septentrionis terris, Spitzbergiæ, Neulandiæ & Novæ Zemblæ  
 etiam non desint suæ inhabitationes, fixas tamen sedes ob locorum in-  
 elementiam, non concedere possunt, sed incolæ, ut supra de Lappo-  
 nibus dedimus, domos Rangæferis circumferentes, agriculturam  
 ejusque proventus non curant, ferinâ carne & piscibus contenti. De  
 quorum vitâ, moribus & externa habitudine plura ex Atlante petan-  
 tur, cum mihi hic saltem, terras hyperboreas dari, terminari circulo  
 polari, inhabitarique demonstrasse, ac potiora earum adjuncta con-  
 notasse, sufficiat.

*Thesis XX.*

**I**Nter alia Septentrionis admiranda genus quòque  
 hominum polo omnium vicinissimum esse credidit antiquitas,  
 quorum corporis longitudo non quatuor pedes superaret, tantâque  
 agilitate, teste Saxone, essent, ut exiguo temporis momento à cer-  
 nentium oculis visuque peregrè aufugerent & pro lubitu visibiles ac  
 invisibiles sese efficerent. Hebraicè **גַּמְלוֹת** † Græcè *πυγμαῖοι* †  
 & Latine Pygmæi, Pumiltiones & Pumili adpellati. Id, quantum vis  
 suos eosque satis laudabiles agnoscat adsertores, extra omnem tamen  
 veritatis aleam esse, duo videntur svadere argumenta: Perpetua au-  
 tho rum de illis dubitatio, quâ thema semper in medio fluctuat; &  
 Adjunctorum, quæ ab humanâ naturâ maxime respuuntur, attributio:  
 Alius n. rei proprium invisibilitas est, non hominis, ut nos Philoso-  
 phia docet. Ad dubitationem facit, quòd authorum alij eos Indiæ,  
 ut Plinius Lib. 7. cap. 2. Calepinus & Decimator in Onomasticis, alij  
 suppolariibus terris adscripserint, ac ubi eorum mentionem facit Pli-  
 nius, multa incredibilia & fabulosa enumerat, præsertim dicens ho-  
 mines nomine Astomos (ab Alpha privativo & **ἄστος** : ore  
 quasi oris expertes) in Indiâ circa fontem Gangis reperiri, qui solis  
 herbarum odoribus, sine cibo potuve vivere possunt. Quod sine na-  
 turæ *paradoxiis* fieri nētiquam potest. Attamen quondam mon-  
 strorum varia fuisse genera, quorum alia longitudine, alia brevi-  
 tate justum corporis humani modum excessere, ut & Larvas, Lares,  
 Satyros, Svecicè, *Tomtegubbar* / *Menningar* & *Sloggtähr*, aliaque  
 consimilia; videntium oculis decepisse, & ansam talia in orbem de-  
 ducendi forte dedisse, non adfirmatu est difficile, cum vaserrimum

humani generis hostem talia etiam mediæ Evangelicæ luci opponere non puduerit.

*Thesis XI.*

**I**gnorantiæ cadurcho involvendum nec puto esse, quod hisce terris, non ut alijs, syderum superiorum meatus dierum noctiumque vicissitudines efficiant, sed cum moles terraquea sphericæ sit figuræ, polosque spheræ superioris polis communes habeat, ac Eclipticæ Equatorisque medietates inæquales constituent ascensiones, ut nunc minus nunc magis de Eclipticâ quam Equatore oriatur; sole itaque in Zodiaco, ab septentrione in meridiem & à meridie in septentrionem, divagante, sequitur viam solis diurnâ nunc acutiores nunc rectiores cum mobili in spherâ circulo Horizonte, prout habitationis locus sub meridiano occurrere potest, efficere, & tandem hyperboreorum horizonta planè transire; ita ut quantò remotior ab Equatore versùs polum locus sit, tantò plures ejus longissimus dies horas contineat. Ideoque juxta Ptolomæum Almagest. Cap. 6. & Blebelium, ad parallelorum Latitud. differentias, dierum longissimorum incrementa designabo, hoc modo:

Elevat. Poli.	Max. Dies	Diei Horæ.	Quant. Min.	Elevat. Poli.	Max. Dies	Diei Horæ.	Quant. Min.
67.	24.	1.	40.	80.	134.	4.	58.
68.	42.	1.	16.	81.	139.	5.	46.
69.	54.	16.	25.	82.	145.	6.	43.
70.	64.	13.	36.	83.	151.	2.	6.
71.	74.	0.	0.	84.	156.	3.	3.
72.	82.	6.	49.	85.	161.	8.	23.
73.	89.	4.	58.	86.	166.	11.	23.
74.	96.	17.	0.	87.	171.	21.	47.
75.	104.	1.	4.	88.	176.	2.	29.
76.	110.	7.	27.	89.	181.	21.	58.
77.	116.	14.	22.	90.	187.	6.	39.
78.	122.	17.	6.				
79.	127.	9.	55.				







De terris suppolariibus etsi plura ventilatione digna inveniuntur, hæc tamen, pro instituti temporisque ratione, hac vice, Benevolo Lectori sufficiant.

## COROLLARIA.

- I. *Log.* Partes Logicæ duæ sunt: Invenitio & Judicium, illa in inveniendis, hoc in disponendis argumentis mentem informat ac perficit. Predicabilium ac Predicamentorum doctrina heterogenea in Logicâ est: ea quippe nihil de ejus essentiâ participant, sed viam ejus addiscendâ faciliorem faciunt, undè & Præcognita ejus dicta sunt.
- II. *Metaph.* Entis cognitio sub duobus venit conceptibus: Objectivo & formali. Quorum alter Entis modificatio, hic mentem inhabitans & objectivum representans, species sensibilis audit.
- III. *Noolog.* Principia prima connaturales sunt habitus, quibus ad faciendis de rebus infallibiles conclusiones recta ratio insitâ vi & virtute fertur; undè ea ~~κατὰ τὴν φύσιν~~ Græci appellarunt.
- IV. *Phys.* Qualitates occultas inesse rebus per plurima earundem effecta declarant, quæ vel patheticè vel Idiocraticè facta intuitibus admirationi esse possunt.
- V. *Geom.* Subjectum Geometriæ est magnitudo corporum sub diverso formali; ea n. pro diverso con-

side-

siderandi modo ad alias quodque disciplinis perti-  
nere potest,

**VI.** Stat. Centrum gravitatis seu ponderis non semper  
cum Centro physico & geometrico coincidit; illud  
n. gravitatis, hoc v. linearum in superficiem &  
peripheriam ductarum, terminos adequat.

Finiat auxilium, quamvis sua clausit orbis,  
Non Deus astripotens, qui cupit esse bonus.

